bonum esse valde, placuit cælũ, terra placuit, pla-
cuit mare, placuit solis, lunæ stellarumq splendor
placuit animal, nec displicuit Adam mortalium
primus homo, qui de limo terræ plasmatus para-
diso voluptatis, cunctisq animatibus præpositus esse vo-
luit, atq constituit. Verũ ubi ei adjutorium
simil attribuere decrevisset, soporem in eum im-
misit, cumq obdormisset, tulit unã de costis, quã
ædificavit in mulierem, de quo deinceps universũ
humani generis semen progenitũ propagatumq fuit.
Quanta itaq homi originis suæ causã nobilitas,
divinitasq sit, quin perspiciatis nullus omino dubi-
to. Nunc et quod, qualeq nomen illius dicatis
audiamus quoq. Nomen profecto magnũ, nomen no-
bile, et nomen super omne nomen attribuere non du-
bitavit, ut erubuit Orpheus homo, Deũ inquam
et Deũ Magnũ appellare consueverat homo, imo
ut Deũ solum; sed Regem feliciũ Deorũ, Regem mor-
taliũ omniũ, regemq animantiũ omniũ. Quapropter
egregiũ homo Deo composuit hymnũ cũ aromatibus
fumisq honorũ ceremoniis, atq laudibus oblatum.